

CAPÍTULO V.

Pelópidas, despues de haber experimentado los reveses de la fortuna contraria, muere en un combáte contra Alejandro de Feres. (Año 1º. de la olimpiada civ, 564 antes de J. C.)

Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ¹. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patriâ caruit: et, quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum se arbitra- retur, quod apud omnes gentes sanctum² esse consuesset, a tyranno Alexandro pheræo³, simul cum Ismeniâ comprehensus, in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli quum summa et esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, conflare. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus irâ, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, coniectu telorum⁴ confossus cecidit. Atque hoc secundâ victoriâ accidit⁵:

¹ *Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ.* Sufrió con constancia los reveses de la fortuna.

² *Sanctum.* Inviolable, sagrado.

³ *Alexandro pheræo.* Así llamado porque tenia tiranizada á Feres, ciudad de Tesalia.

⁴ *Coniectu telorum.* Con los muchos dardos que le tiraron.

⁵ *Hoc secundâ victoriâ accidit.* Esta desgracia le sucedió cuando la victoria se declaraba en su favor,

nam jam inclinatæ¹ erant tyrannorum copiæ. Quo facto, omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et statuis æneis, liberosque ejus multo agro donaverunt.

XVII.

AGESILAO,

HIJO DE ARQUÍDAMO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Agesilao disputa la corona de Lacedemonia á su sobrino Leotiquis, y es preferido. (Año 1º. de la olimpiada xcv, 400 antes de J. C.)

Agesilao, Lacedæmonius, quum a ceteris scriptoribus, tum eximiè a Xenophonte² socratico collaudatus est; eo enim usus est familiarissimè. Hic primùm de regno cum Leotychide, fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quàm imperio, ex duabus familiis Proclis et Euryslhenis, qui principes, ex progenie Herculis, Spartæ reges fuerunt. Harum ex alterâ in alterius familiæ locum fieri non licebat. Itaque utraque suum

¹ *Inclinatæ.* Arrolladas, batidas.

² *A Xenophonte.* Historiador ateniense, discípulo de Sócrates.

retinebat ordinem¹. Primum ratio habebatur, qui maximus natu esset, ex liberis ejus qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset ropinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai. Filium reliquerat Leotychidem, quem ille vivus non agnorat²; eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit³; neque id quod petivit consecutus est: nam, Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus supra⁴, factioso, et his temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

CAPÍTULO II.

Agesilao observa fielmente las treguas que habia hecho en Asia con Tisafernes. (Año 1º. de la olimpiada xcvi, 596 antes de J. C.)

Hic, simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque regi facerent; docens satius esse in Asia quam in Europâ dimicari. Namque fama exierat⁵ Artaxerxem⁶ comparare classes pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. Datâ potestate, tantâ celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis pervenerit, quam regii satrapæ eum scirent profectum.

¹ *Suum retinebat ordinem.* Guardaba su línea.

² *Vivus non agnorat.* Durante su vida no le habia reconocido (por hijo).

³ *Is de honore regni.... contendit.* Disputó la corona.

⁴ *Suprà.* En la vida de Lisandro.

⁵ *Fama exierat.* Se habia esparcido la noticia, habia corrido la voz.

⁶ *Artaxerxem.* Este era Artajerjes Mnemon.

Quo factum est ut omnes imparatos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias a Lacone petivit, simulans se dare operam ut Lacedæmoniis cum rege conveniret¹, re autem verâ ad copias comparandas; easque impetravit trimestres². Juravit autem uterque se sine dolo inducias conservaturum; in quâ pactione summâ fide mansit Agesilaus: contra ea, Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id etsi sentiebat³ Laco, tamen jusjurandum servabat, multumque in eo consequi se dicebat, quòd Tissaphernes perjurio suo et homines rebus suis abalienaret, et deos sibi iratos redderet; se autem servatâ religione⁴ confirmare exercitum, quum animadverteret deorum numen facere secum⁵, hominesque sibi conciliari amiciores, quòd his studere consuessent, quos servare fidem viderent.

CAPÍTULO III.

Agesilao asnela la Frigia: ejercita sus soldados en Éfeso. Engaña con astucia á los bárbaros.

Postquam induciarum præterit dies, barbarus⁶ non dubitans, quòd ipsius erant plurima domicilia

¹ *Ut Lacedæmoniis cum rege conveniret.* Para que el rey se ajustase con los Lacedemonios.

² *Easque impetravit trimestres.* Alcanzó tres meses de treguas.

³ *Sentiebat.* Echaba de ver.

⁴ *Servatâ religione.* Siendo fiel al juramento.

⁵ *Deorum numen facere secum.* Tenia por suyos á los dioses.

⁶ *Barbarus.* Tisafernes.

in Cariâ, et ea regio his temporibus multò putabatur locupletissima, eò potissimùm hostes impetum facturos, omnes suas copias eò contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque priùs depopulatus est, quàm Tissaphernes usquam se moveret. Magnâ prædâ militibus locupletatis, Ephesum¹ hiematum exercitum reduxit; atque ibi officinis armorum institutis², magnâ industriâ bellum apparavit; et quò studiosius armarentur insigniùsque ornarentur³, præmia proposuit, quibus donarentur quorum egregia in eâ re fuisset industria⁴. Fecit idem in exercitationum generibus⁵, ut, qui ceteris præstitissent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum. Huic quum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis⁶, vidit, si, quò esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones præsidii occupaturos, nec dubitatos aliud esse facturum ac pronuntiasset. Itaque, quum ille Sardes se iturum dixisset, Tissaphernes eandem

¹ *Ephesum*. Ciudad bien conocida en el Asia.

² *Officinis armorum institutis*. Haciendo en Éfeso su plaza de armas, ó poniendo sus arsenales.

³ *Et quò studiosius armarentur insigniùsque ornarentur*. Y para que las armas saliesen mas á gusto, mas lucidas.

⁴ *Quibus donarentur quorum egregia in eâ re fuisset industria*. Con que gratificar á los artífices que mas se esmerasen en la fábrica.

⁵ *Fecit idem in exercitationum generibus*. Propuso también premios para los que mas se distinguiesen en el ejercicio y evoluciones militares.

⁶ *Ex hibernaculis*. De los cuarteles de invierno.

Cariam defendendam putavit. In quo quum eum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio, serò suis præsidio profectus est. Nam, quum illò venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magnâ erat prædâ potitus. Laco autem, quum videret hostes equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem¹; et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copix valerent. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multò majores adversariorum copias; et sic in Asiâ versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

CAPÍTULO IV.

Agesilao, habiendo sido llamado para marchar contra los Atenienses y los Beocios, los vence en la batalla que se dió junto á Coronea. (Año 2 de la olimpiada xcvi, 593 antes de J. C.)

Hic quum jam animo meditaretur proficisci in Persas, et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo² venit, ephorum jussu, bellum Athenienses et Bœotios indixisse Lacedæmoniis; quare venire ne dubitaret. In hoc non minùs ejus pietas³ suspicienda est, quàm virtus bellica: qui quum victori præesset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tantâ modestiâ dicto audiens fuit jussis⁴ ab-

¹ *Nunquam in campo sui fecit potestatem*. Nunca quiso salir á campo abierto.

² *Domo*. De Esparta.

³ *Ejus pietas*. Su amor á la patria.

⁴ *Dicto audiens fuit jussis*. Obedeció á las órdenes.

sentium magistratum, ut si privatus in comitio⁴ esset Spartæ. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent! Sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno præposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, si institutis patriæ paruisset, quàm si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit; tantæque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes² anno vertente³ confecerat, hic transierit triginta diebus. Quum jam haud ita longè abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Bœotii, ceterique eorum socii, apud Coroneam⁴: quos omnes gravi prælio⁵ vicit. Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quòd, quum plerique ex fugâ se in templum Minervæ coniecissent, quærereturque ab eo quid his fieri vellet, etsi aliquot vulnera acceperat eo prælio, et iratus videbatur omnibus qui adversus arma tulerant, lamen antetulit iræ religionem⁶, et eos vetuit violari⁷. Neque verò hoc solum in Græciâ fecit, ut templa deorum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summâ religione⁸ omnia simulacra arasque conservavit. Itaque prædicabat⁹ mirari se, non sacrilegorum

⁴ *In comitio.* En las juntas ó asambleas del pueblo.

² *Xerxes.* El que condujo el ejército de un millón y seiscientos mil hombres.

³ *Anno vertente.* Gastando un año.

⁴ *Coroneam.* Ciudad de la Beocia.

⁵ *Gravi prælio.* Con mucha pérdida de los aliados.

⁶ *Religionem.* El sagrado.

⁷ *Vetuit violari.* Mandó que no se llegase á ellos.

⁸ *Summâ religione.* Con el mayor respeto.

⁹ *Prædicabat.* Solia decir.

número haberi, qui supplicibus eorum¹ nocuissent; aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent², quàm qui fana³ spoliarent.

CAPÍTULO V.

Agesilao, habiendo llevado la guerra á las cercanías de Corinto, no ataca á esta ciudad ni le hace daño. (Año 2 de la olimpiada xcvii, 591 antes de J. C.)

Post hoc prælium, collatum est omne bellum⁴ circa Corinthum; ideoque corinthium est appellatum⁵. Hic quum unâ pugnâ decem millia hostium, Agesilao duce, cecidissent, eoque facto opes adversariorum debilitatæ viderentur, tantum abfuit ab insolentiâ gloriæ⁶, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quòd tam multi a se victi vitio adversariorum concidissent; namque illâ multitudine, si sana mens esset⁷, Græciæ supplicium Persas dare potuisset⁸. Idem quum adversarios intra mœnia compulisset, et, ut

¹ *Supplicibus eorum.* A los que se amparaban de los dioses.

² *Religionem minuerent.* Que entibiaban el culto.

³ *Fana.* Los lugares sagrados.

⁴ *Collatum est omne bellum.* Recayó todo el peso de la guerra.

⁵ *Corinthium est appellatum.* Se llamó la guerra de Corinto ó corintia.

⁶ *Tantum abfuit ab insolentiâ gloriæ.* Estuvotan lejos de evanecerse con esta gloria.

⁷ *Si sana mens esset.* Si hubieran seguido mas sanos consejos.

⁸ *Græciæ supplicium Persas dare potuisset.* Que el castigo de la Grecia hubiera podido descargar sobre los Persas.

Corinthum oppugnaret, multi hortarentur, negavit id suae virtuti convenire: « Se enim eum esse dixit, » qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui » urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. Nam si, » inquit, eos extinguere voluerimus, qui nobiscum » adversus barbaros steterunt¹, nosmetipsi nos ex- » pugnaverimus, illis quiescentibus. Quo facto, sine » negotio, quum voluerint, nos opprimunt. »

CAPÍTULO VI.

Agesilao no quiere ir á la campaña de Leutra: salva con una estratagena á Esparta sitiada por los Tebanos.

Interim accidit illa calamitas apud Leutra² Lacedaemoniis: quò ne proficisceretur³, quum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret; exire noluit. Idem quum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque sine muris⁴ oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam quum quidam adoles-

¹ Nobiscum.... steterunt. Fueron de nuestro partido (en otras ocasiones).

² Leutra. No solo se dice *Leutra*, *Leucrorum*, sino tambien *Leuctra*, *Leuctrae*, y *Leuctrae*, *Leuctrarum*.

³ Quò ne proficisceretur. Para que no se empeñase en la jornada.

⁴ Sine muris. Guardaban todavía los Lacedemonios la ley de Licurgo, que mandaba que las ciudades no tuviesen mas muros que el valor de los ciudadanos.

centuli, hostium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere¹ vellent, et locum extra urbem editum cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset quemquam ad hostes transfugere conari, cum suis eò venit, atque, ut si bono animo fecissent², laudavit consilium eorum, quòd eum locum occupassent, et se id quoque fieri debere animadvertisse. Sic adolescentulos simulatà laudatione recuperavit³; et, adjunctis de suis comitibus⁴, locum tutum reliquit⁵. Namque illi, aucto numero eorum qui expertes erant consilii⁶, commovere se non sunt ausi; eòque libentiùs, quòd latere arbitrabantur quæ cogitarent.

CAPÍTULO VII.

Agesilao exonera á su patria de todo gravámen, y la ayuda en cuanto puede: le cede todos los regalos que le habian enviado las cortes extranjeras.

Sine dubio, post leucetricam pugnam, Lacedaemonii se nunquam refecerunt, neque pristinum imperium⁷

¹ Ad Thebanos transfugere. Pasarse al ejército de los Tebanos.

² Ut si bono animo fecissent. Como si hubieran tenido buena mira.

³ Recuperavit. Hizo volver sobre sí.

⁴ Adjunctis de suis comitibus. Y mezclando con aquellos jóvenes alguna tropa suya.

⁵ Locum tutum reliquit. Aseguró el puesto.

⁶ Qui expertes erant consilii. Que no sabian el fin que ellos habian tenido.

⁷ Pristinum imperium. El auge en que se habian vista.

recuperarunt: quum interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam juvare. Nam quum præcipuè Lacedæmonii indigerent pecuniâ, ille omnibus, qui a rege¹ defecerant, præsidio fuit: a quibus magnâ donatus pecuniâ, patriam sublevavit. Atque in hoc² illud in primis fuit admirabile, quum maxima munera ei a regibus, et dynastis civitatibusque conferrentur, quòd nihil unquam [in] domum suam contulit; nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit: domo eâdem fuit contentus, quâ Eurysthenes, progenitor majorum suorum, fuerat usus. Quam qui intrarat, nullum signum libidinis³, nullum luxuriæ⁴ videre poterat; contrâ, plurima patientiæ atque abstinentiæ. Sic enim erat instructa⁵, ut nullâ in re differret a cujusvis inopis atque privati.

CAPÍTULO VIII.

Exterior de Agesilao, su carácter. Muere en el puerto de Menelao. (Año 3 de la olimpiada CIV, 562 antes de J. C.)

Atque hic tantus vir, ut naturam fauricem habuerat⁶ in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam

¹ Rege. Artajerjes.

² In hoc. En Agesilao.

³ Nullum signum libidinis. Ningun resabio de regalo.

⁴ Luxuriæ. De suntuosidad.

⁵ Sic enim erat instructa. Porque sus muebles ó ajuar eran tales.

⁶ Ut naturam fauricem habuerat. Así como le habia favorecido la naturaleza.

nactus est¹ in corpore fingendo: nam et staturâ fuit humili², et corpore exiguo³, et claudus altero pede⁴: quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem; atque ignoti⁵, faciem ejus quum intuerentur, contemnebant; qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, quum, annorum octoginta, subsidio Tacho in Ægyptum ivisset, et in actâ⁶ cum suis accubisset sine ullo tecto, stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis⁷, neque huc⁸ ampliùs quàm pellis esset injecta, eòdemque comites omnes accubuissent, vestitu humili⁹ atque obsoleto¹⁰, ut eorum ornatus non modò in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi¹¹ suspicionem præberet. Hujus de adventu fama quum ad regios¹² esset perlata, celeriter munera eò cujusque generis sunt allata. His quærentibus Agesilaum vix fides facta est, unum esse ex his qui

¹ Sic maleficam nactus est. Así tambien la experimentó esquivava, contraria.

² Humili. Pequeña.

³ Exiguo. Débil, flaco.

⁴ Altero pede. De un pié.

⁵ Ignoti. Los que no le conocian.

⁶ In actâ. A la orilla del mar.

⁷ Stramentis. Pajas.

⁸ Huc. Sobre las pajas.

⁹ Humili. Ordinario.

¹⁰ Obsoleto. Sin aliño alguno.

¹¹ Hominis non beatissimi. De un hombre no muy acomodado.

¹² Ad regios. A los ministros reales.

tum accubabant. Qui quum regis verbis ¹, quæ attulerant, dedissent, ille, præter vitulina ² et hujusmodi genera obsoni quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas ³ secundamque mensam ⁴ servis dispertit; cetera referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt, quòd eum ignorantia ⁵ bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. Hic quum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabide ⁶ ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret, venissetque in portum qui *Menelai* ⁷ vocatur, jacens inter Cyrenas ⁸ et Ægyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quòd Spartam facilius perferre possent, quòd mel ⁹ non habebant, cerà circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.

¹ *Regis verbis*. En nombre, de parte del rey.

² *Vitulina*. Becerros.

³ *Unguenta, coronas*. Usaban los Egipcios en los convites de unguentos y de coronas.

⁴ *Secundamque mensam*. Los antiguos llamaban segunda mesa á los manjares mas delicados que se servian á lo último. *Secunda mensa* en nuestro castellano significa propiamente los postres.

⁵ *Ignorantiâ*. Por no saber distinguir.

⁶ *Nectanabide*. Régulo de Egipto, sobrino de Taco.

⁷ *Menelai*. Puerto de Menelas, en Africa.

⁸ *Cyrenas*. Ciudad de Libia, en Africa.

⁹ *Mel*. Los Lacedemonios usaban de miel para lo que llamamos embalsamar los cuerpos.

XVIII.

EUMENES,
CARDIENSE.

CAPÍTULO I.

Eumenes primeramente secretario de Filipo y de su hijo Alejandro, y despues promovido á mandar un cuerpo de caballería.

Eumenes, Cardianus. Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major [fuisset], sed multò illustrior atque honoratior; quòd magnos homines virtute metimur, non fortunâ. Nam, quum ætas ejus incidisset in ea tempora quibus Macedones florent, multum ei detraxit inter hos viventi, quòd alienæ erat civitatis ¹; neque aliud huic defuit, quàm generosa stirps ². Etsi enim ille domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant; neque tamen non patiebantur: vincebat enim omnes curâ ³, vigilantia, patientia, calliditate et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi ⁴, Amyntæ

¹ *Quòd alienæ erat civitatis*. Por ser extranjero. Era Eumenes natural de Cardia, ciudad de la Tracia.

² *Generosa stirps*. El descender de una de las casas ilustres de aquel reino.

³ *Curâ*. Aplicacion.

⁴ *Philippi*. Padre de Alejandro Magno.